

4114 Q. Domitius | Aterianus pat. | et Domitia | Civitas mat. | signum Attis | cann. Ost. d. d. (*in latere : apex Phrygius et lituus; in altero latere : syrinx*).

Ostiae rep. prope templum Matris deum, ibi fere ubi N. 4445. 4462 (XIV 34—37 descripsi). — 1) Initium inscriptionis erasum. — 2) Cuius Frugis vel Phrygis signum Caecilius Fuscus donaverit cannophoris, obscurum. — 3) Cf. vit. Elagab. 7: Matris etiam deum sacra accepit et tauroboliatu est, ut typum eriperet cet.

4115 Numini Attis C. Cartilius Euplus ex monitu deae¹.

Ostiae rep., ibi fere ubi eae quae praecedunt, signum dei iacentis marmoreum (XIV 38 vidi; imago signi cum inscriptione est Monumenti dell' Istituto vol. IX tab. 8^a fig. 2). — 1) Matris deum.

4116 Atti | C. Antonius | Eutyches ar|chidendroph. | pro salute sua | posuit.

Tomis rep., est Parinis (III 763 vidit Mommsen).

4117 (*fragmentum statuae*) sancto Attidi sacrum, | Genio dendrofororum C. Met|teius Exuperans dendrofor|us decretarius¹ de suo fecit, lib|enti animo dedicavit.

Rusicode (Philippeville) in Numidia (VIII 7936 cf. p. 4878 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) Fortasse dendrophorus factus ex decreto quindecimvirum urbis Romae (Momms.).

4118 Matri deum | magnae Ideae | Pompeius Rusonianus | cos., XVvir sacris | faciundis¹, | taurobolium movit².

Prope Gabios rep. ara (XIV 2790 semel descripta saec. XVIII exeunte, accurate ut videtur). — 1) Ut quindecimvir sacris faciundis memoratur in actis ludorum saecularium a. 204; cf. Eph. ep. 8 p. 295. — 2) Cf. infra N. 4437/8.

4119 Matri | deum | taurobolium indictum | iussu ipsius ex stipe conlata | celebrarunt publice Narbon.

Narbone (XII 4521 semel ut videtur sed accurate descripta saec. XVII).

4120 imperio d. M. tauro|polium provinciae¹ | (*caput arietis, caput bovis*) | Narbonensis | factum per C. Batonium | Primum flaminem Augg., | pro salute dominorum | imp. L. Septimi Severi | Pii Pertinacis Aug. Ara|bici Adiabeni Parthi|ci maximi et M. Aureli | Ant. Aug.²

Narbone (XII 4523 bis ut videtur descripta saec. XVI—XVIII). — 1) Tauropolium provinciae est etiam in fragmento Narbonensi XII 4529. — 2) Reliqua deficiunt (Getae nomen sine dubio erasum); lapidem fractum fuisse non traditur.

4121 Matri deum | Pomp. Philumene, | quae prima L[a]ctor[a]e | taurobolium | fecit.

Lactorae (Lectoure) in Aquitania (XIII 504 semel vel bis descripta saec. XVI).

4122 M. deum | Iul. Valentina | et Hygia Sil[a]nae¹ | tauropolium fe|cerunt, XV k. Nov. | Pol. et Apro cos.², | sacerdote Zmin|thio Proculiani³.